

PK.133
125

De aera magistratus apud Veteres
area Scholar.

6. Oct. 1740
H 9
577

ACTVM VALE DICTORIVM IN GYMNASIO NOSTRO

d. 29. APR. 1740.

HABENDVM

INDICIT

MAECENATES PATRONOS

ET

FAVTORES

OMNI PIETATE ET OBSERVANTIA

INVITANS

GEORGIVS ERNESTVS WALCHIVS

GYMN. HENNEB. RECTOR.

SILVIAE,

excudit IOH. CHRISTOPH GOEBEL, Illustr. Gymnas. Henneb. Typogr.



Dr. Profess. S. Lippig



MVIRATORI ILLAV

ONORAVIMUS

Inter reliqua officia, quae magistratui, cuiuscunque sit ordinis et conditionis, obseruanda et exercenda incumbunt, non ultimum, quin potius praecipuum locum obtinet cura pro educatione, institutione et correctione iuuenium. Quales enim iuuenes, tales suo tempore ciues. Si educatio iuuenum negligitur, et magistratus susque deque haber, num illis recte formandis cura impendatur, nec ne, illisque neutiquam ansam et occasionem, animos suos prauis moribus, flagitiis, sceleribusque imbuendi intercludit, multo minus illis, quorum humeris educatio puerorum iuuenumque imposita est, manus praebet adiutrices, quid mirum, si postea ciuitas eiusmodi ciuibus accumulatur, aut ut verius dicam, oneratur, qui illi neutiquam emolumento sed detimento, non decori, sed dedecori sunt, et ut multa paucis dicam, sunt inutilia terrae pondera? Non est, cur miremur, quod hodie aures vniuersitatis laboris querelis de perditis et immoigeris ciuibus circumfusent. Quantus sit numerus eorum, qui ne minimam quidem rationem de ipsis fide et religione reddere possunt, et omnis cognitionis de rebus, ad ipsorum animam huiusque salutem pertinentibus, expertes sunt, quotidiana, proh dolor! edocet experientia ministros verbi diuini. Nil dicam, multos ciues hodie in acquiroendo vietu et amictu impediri, quia nec scribendi, nec legendi, nec tabulas conficiendi, arte didicerunt. Sane multorum ciuium conditio melior esset, si ipsis educationi major cura, majorque diligentia impensa fuisset. Omni laude et gloria digni sunt reges principesque, qui in omnibus, non dicam urbibus, sed et vicis scholas considerunt. Eadem laus et gloria tribuenda etiam est iis, quibus conseruatio scholarum a majoribus conditarum, curae cordique est. Sed omnes, quibus constitutio rei scholastica nota est, quique illa sunt occupati, id in primis invotis habent, ut maiori cura, et attentione pro educatione iuuenum magistratus vigiler, praeceptoribusque de iuuenum, ipsorum fidei creditorum, salute laborantibus supperias praefidiumque ferat. Nec scholae, nec praecatores vitiis iuuenum emendandis et corrigendis pares sunt. Impedimenta enim, quae praecatoribus, non tam a iuuenibus, quam potius ab horum parentibus, saepius insciuntur, tot tantaque sunt, ut ea sine magistratus ope et auxilio vix ac ne vix remouere possint. Hinc omnino opus est, ut magistratus praecitoribus praebeat manus auxiliatrices, et educationem iuuenum ut promoueant, nulli operae et labori parcant. Non autem sufficit, iuuenes artibus, linguis et disciplinis imbuere, eorumque intellectum emendare; sed summa etiam necessitas exigit, ut eorum voluntas emendetur, ipsique a virtutis deducantur, et ad exercendas virtutes formentur. Hoc enim neglecto, non potest non, quin respublika tandem aliquando perditis hominibus abundet, probatis vero ciuibus careat. Magistratus itaque, cui omnino incumbit, non de praesenti solum, sed et de futura ciuitatis aut reipublicae salute vigilare, omnes nervos suos intendere debet, si officio suo satis facere nititur, ut iuuenum educatio ita instituatur, quo sibi in posterum proba probatosque ciues promittere possit. Hinc celeberrimus ille Ictus Bumannus, cum educatio-

educationem iuuentutis, utriusque sexus, magistratui de meliore commendasset; has adiicit rationes libr. I. c. 6. membr. 12. de iure ecclesiastico: *Rideat aliquis forte, me can curam magistrati, ino summae potestati transcribere, sed credat quaeſo lector, magnam status publici rationem confitere in optimis iuuentutis utriusque sexus informatione et educatione.* Nam si pessime moratos iuuenes habeamus et pueras, non melior erit adulutor actas, et sequentur calamitates publicae, quibus fruſtra ſe opponet humana sapientia. Et quemadmodum puteis alicuius verbi veneno infecti, mors metuenda ciuibus omnibus: ita ſi prauis opinionibus atque moribus adolescentes imbuantur, certifima inde pericula vniuerſae reipublicae imminent. Sane, si magistratus haec verba bene perpendatur, rationesque aqua trutina ſuspendetur, ſcholarum educationisque iuuenium, eam, quam poſſunt maximam, habere curam, non pigraretur. Priftos ſi contemplamur populos, multos deprehendimus, quorum magistratus tanto ardore tantoque ſtudio educationem iuuenium promouere ſtuduerunt, quantum hodie vix inuenieris. Iudeos pre reliquis populis educationem iuuenium ſibi commendatam habuisse, ex ſacris pandectis abunde conſtar. Quem fugiunt ſcholae prophetarum, quos Iudei in locis editioribus condebat, non tantum eum in finem, ut iuuentus in cognitione rerum ad ſalutem aeternam acquirendam neceſſariarum inſtitueretur, ſed et, vi ipius effent ſocietates litterariae, quibus iuuenium intellexus artibus et scientiis, animus vero virtutibus moribusque compositis imbuetur? De his prophetarum ſcholis Lightfootus in horis hebraicis et talmudicis p. m. 165. ita loquitur: *Eran ſcholae prophetarum academias quedam et collegia studiosorum. Rezorem habuere venerabilem aliquem prophetam, ſpiritu ſando afflatum, et participem revelationum. Discipulis reuelauit ille ſibi reuelata, de voluntate Dei, de ſtatu populi, de temporibus et eventibus Iſraeſis etc. Praecipua verbes, in quibus eiusmodi ſcholae prophetarum florebant, erant Jericho, Bethel, Hebron, Theko et Abela. Praeter ea inter Iudeos celebrazione erant ciuitates Leuiticae, educationi iuuenium quasi dicatae, de quibus Lightfootus I. c. ita loquitur: Quadraginta obo ciuitates iſtae Leuiticae erant tot academias, quo tribus ministerialis, turmatim distributa, ſtudio legis incubuit, docti erugit, atque inde per totam gentem diſeminata, doctrinam et scientiam legis per omnes synagogas diſeminavit.* Nec Graeci hac in re fraudandi ſunt debita laude, quin potius ex merito singularis eorum cura in rite educandis iuuenibus celebранda eſt. Quam primum enim per aetatem licuerat, aut opificio, aut arti cuidam, aut eruditio, aut militiae ſe dare, et exin victum et amictum ſibi parare debebant. Ne cui quidem Atheniensi permifſum erat, ἀργὸν τρίφατο εἰντειν, otioſum aleare; quin potius quilibet poterat eiusmodi otioſum accufare, eumque in iudicium trahere. Solon enim, vnuſ ex ſeprem Graeciaſ sapientibus et Atheniensium legiſtator, inter reliquias eram hanc tulit legem: δέογύς οὐ ιδενος ίσω παρι τῷ βελούνῳ γερθεῖαι, i.e. Otioſum in tuis vocet, quicunque voluerit. Ex quibus dilucidiffime adpareret, maſtratum Atheniensim non ſolum de emendando in reſpectu, ſed et de corrigenda voluntate iuuentus occupatum fuiffe, id quod omnino fieri debet, ſi educatio eorum ex voto fluat. Eadem laus etiam impertienda eft Romanis; rara enim cura inſtitueban iuuenes, ut tempore ſuo inſervire poſſent reipublicae. Quia vero ex historie romanae monumentis id ſatis abunde notum eft, id tantum adiiciam, eos non tantum domi iuuenes ſuos variis artibus scientiisque erudiiffere, ſed et, cum iamiam militiae operam darent, ad continuandam et augendam eruditioinem illos follicitaffe. Inter medios enim armorum strepitus etiam habebant ludos litterarios, id quod praeter reliquos ex Suetonio vt. Caligulae cap. 45. adpareret, qui commemorat, obſides ex ludo literario abductos eſſe. Et Cicero ep. 4. libr. XV. ad Fam. de ſe ipſe ſcribit, ſe primum philofophiam in aciem deduxiſſe. Omnibus tamen populis hac in re palmam praeripiunt Persae, qui neque prius neque antiquius quicquam habebant recta et felice iuuenum ſuorum educatione. Non ſcholas ſolum exſtruēbant filiosque ſuos praefectoribus erudiendo bonisque artibus exornando tradebant; ſed et de eorum vita folliciti erant, quo illorum animus virtutibus moribusque compositis imbuetur, illisque omnis occasio paecluderetur, vitiis aut otio ſeſe adſuefacendi. Huius voti ſui ut eo prius et feliciter compotes fierent, cerum conſtituebant magistratum, qui natus dicebatur, cuius prouinciae erat, ut disciplinae puerilis curam ageret, et praefectoribus manus praebet auxiliatrices, ſi illis aut a parentibus aut a iuuenibus ipſis ea impedimenta obiiciebantur, quae ſoli removere nequibant. Si et adhuc hodie magistratus imitarentur Persas, quam exoptata ſcholarum conditio, quam probati futuri eſſent ciues!

Quatuor

vd 18

*Quatuor Gymnasi nostri ciues, consentientibus Inlustri Confistorio Hennebergi-
eo, parentibus atque praceptoribus, secum constituerunt, scholae nostrae ultimum
dicere vale, academiasque petere. Ne vero ingratii abiisse videantur, craftino die
non latinas orationes solum publicas recitabunt, sed et eucharisticon carmen, vario
idiomate compositum, canent. Horum primus est*

IO. CHRISTIANVS GVBITZIVS, Goldlauteranus. Hic multos annos Gy-
mnasium nostrum frequenit, semperque officia probi diligentisque discipuli
impleuit. Inimicus fuit lasciviae et perulantiae, e contrario magna cupiditate
in litteras elegantiores flagravit. Quia fortuna ipsi largas denegauit opes, id
illi fuit incitamento, eo maiori studio moribus compositis studere, vt omnium
et singulorum fauorem sibi conciliaret. Hinc eriam ansam sumfis, ultima vice
publice loquendi de paupertate p[ro]p[ter]e diuiniis ad veram eruditio[n]em acquisi-
dam apta.

IO. CHRISTIANVS GROITZSCHIVS, Sublanus. Ex eruditio[n]e quidem
probata notae iuuenes nominantur, et quo maiores in illa fecerunt progressus,
eo maiore digni habent laude; at magnus ad hanc laudem accedit cumulus,
si cum solida eruditio[n]e veram pietatem moresque probos coniungunt.
Et hoc omni iure de Groitzschio nostro praedicare possum; eos enim in stu-
diis philosophicis philologicisque fecit progressus, qui a iuueni exspectari pos-
sunt. Vitam suam ita egit, vt ne semel quidem praeceptroribus, verbis ana-
ris illum corrigere, opus fuerit. Hinc animum meum spe pacfo, fore, vt
*Siamne Reverendi Parentis, S[ecundu]m S[ecundu]m Sublani dignissimi, vestigia pre-
mac, illique magnam adferat laetitiam. Verba faciet de fassis inclarescendi me-
ditis.*

IO. IMMANVEL RVMPELIVS, Schleusung. Hic ingenium, quod ipsi a natu-
ra p[re]paratum aptum ad litteras humaniores addiscendas et verum a falso discri-
nendum, inditum est, optime conlocavit, nullique operae et labori pepercit,
veros eruditio[n]is thesauros conligend; vt *Praenobilissimo Patre suo dignus euad-
eret.* Nec dubito, si diligenter, ha[ec]tenus exhibitam continuaturus, ani-
mumque suum ad virtutes exercendas vince adpulsus sit, illum talem etia-
surum, quem ego, omnesque, qui illi bene cupiunt, optant. Declamabit
de laude studii iuridici.

GEORGIVS FRIDERICVS HELCKIVS, Albrechtens. In hoc iuueni sane
singularis ardor, ad solidam adspirandi eruditio[n]em, acri et perpolito ingenio
ex voto responderet. Omnum enim mouit lapidem, vt eos in philologicis et
philosophicis ficeret progressus, quibus acquirendis ingenium illius omnino
par fuit. Erectus ipsius animus nequitam permisit, aliquid perpetrare, quod
ipsi dedecori et ignominiae futurum sit. Et quia semper laudem et honorem
sibi propositum habuit, credo, illum et in posterum in vero honore acquirendo
ita elaboraturum esse, vt *Plur. Reverendus Parent[us]* totaque familia de illo
sibi gratulari possint. Orationem recitatib[us] de origine et progressu monarchiae
populis.

Adeste itaque **MAECENATES, PATRONI et FAVORITES** optimi, et iuuenes
declamantes gratiosi et benevoli audite, illosque, faustum studiorum academico-
rum progressum precando, optimis quibusuis votis prosequimini. Schleusungae
d. 28. Apr. 1740.

De aera magistratus apud veteres
circa scholas.IIg
577

ACTVM VALE DICTORIVM IN GYMNASIO NOSTRO

MAECEI

TRONOS

OMNI PI

RVANTIA

GEORG

ALCHIVS

GY

R.

excudit IOH. CHRISTI

C. Henneb. Typogr.

